Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vitae Christi pars secunda - Cod. Aug. perg. 23

[Reichenau ?], [15. Jh.]

Capitulum XXXVII

urn:nbn:de:bsz:31-41582

Visual Library

dauid eos conuicit Et nemo poterat ei reſpon=
dere verbum quia non poterant ſcripturaꝫ
negare et irrefragabile erat argumentu̅
5 Neqꝫ auſus fuit quiſq̄ ex illa die amplius
interrogare quia plane teſtimonio et racione
erant conuicti vnde Jero· Ideo confutati ſer=
monibus vltra non interrogant ſꝫ apertiſ=
ſime comprehenſum romane tradunt po=
teſtati Ex quo intelligi⁹ venena inuidie poſ=
ſe quidem ſuperari ſꝫ difficile poſſe quieſcere

Domine deus ſanctificator meus
inſiſte michi legem tuaꝫ et toto cor=
de tota aīa tota mente et ex omnibus viribꝰ
meis te diligaꝫ ſꝫ nec ſꝫ valeo niſi tu dederis
michi cuius eſt omne donū bonum et omē
datum optimum Jubes te diligi da qui=
bes et iube quod vis Da etiaꝫ michi diligē
primū ſicut me ipm vt hic graciaꝫ et ibi glo=
riaꝫ conſequamur in xp̄m Da inſup michi
bone ihū vt te xp̄m nobis miſſum deū et ho=
minem corde credaꝫ ore confitear et ope con=
teſter vt tibi mīc ſponte tecum gaudeaꝫ ſine
fine amen De ſcribis et phariſeis ī doctrīa
audiēdis ſꝫ nō ī vita imitandis xxxiii c.

Confutatis aūt et tacenti=
bus ſcribis et phariſeis
qui doloſe interrogabant
dominū vt temptarent eum
ne plebs et alii pdomei ſine pane doctrine
euaneſcerent locutus eſt dominus eadem
feria tercia ad turbas ſꝫ ad ſimplices et
imꝑfctos et ad diſcipulos ſuos magis doctos
et pfctos Vnde Criſo· Poſtq̄ dominus ſa=
cerdotes reſponſione proſtrauit et incorrigi=
bilem condicioꝫ eorum oſtendit ſicut et
clerici ſi male fecerint inemendabiles ſꝫ
layci vero delinquentes facile emendantur
tunc conuertit ſmonem ad populum Inſtruc=
tioſum namqꝫ eſt verbum in quo ſic alter
confunditur et alter non erudiatur locutus
eſt ergo ad eos inſtruens et docens ſcribas

et phariſeorum doctrinaꝫ audiendaꝫ ſed eo=
rum vitaꝫ non imitandaꝫ et nichilominus
hortans eos ſubici illis ꝓpter ſacerdocii et
nominis dignitatem non opera ſꝫ doctrīaꝫ
conſiderantes multaqꝫ eorum crimina enu=
merans et alios ab eis dehortans vnde dr̄
Super cathedraꝫ moyſi·i· in auctē docendi
et iudicandi ſederunt ſꝫ indigne ſcribe et
phariſei Cathedra doctorum eſt et ideo di=
cuntur ſedere ſuper cathedraꝫ moyſi quia
docent quod docuit moyſes vbi Criſo· Mul=
ti ſacerdotes et pauci ſacerdotes· Multi in
nomine et pauci in opere videte ergo quomō
ſedeatis ſuper eaꝫ quia non cathedra facit
ſacerdotem ſꝫ ſacerdos cathedraꝫ non locus ſā=
ctificat hominem ſꝫ homo locum Non omnis ſa=
cerdos ſanctus eſt ſꝫ omīs ſanctus ſacerdos
Bn̄ quidem viuendo et bn̄ docēdo ꝓplm inſtrīs
quomō debeat viuere bn̄ aūt docendo et ma=
le viuendo deum inſtruis quomō debeat te
condempnare Vt aūt dicit idem Criſo· ne
aliquis dicat quia ꝓpter hoc deſidioſius ſe=
ſum ad agendum quia malus eſt doctor ideo
hanc deſtruit occaſione cum ſubdit Omnia
ergo ad cathedraꝫ pertinencia quecumqꝫ dixe=
runt nobis·i·ad veraꝫ utilitatem ſuate corde
et facite opere·i·doctrinaꝫ non tamē ſimplr̄
quecūqꝫ ſꝫ illa tm̄ que moyſi cathedre doctrīe
que conueniūt et que a vera fide nō diſtre=
pant nec diuinis repugnant mandatis nec
bonis obſunt moribus vnde Criſo· Omnia
aūt que corrigunt mores et meliorem faciūt
vite modum et noui teſtamēti concordāt legi=
bus et nō dimittunt de reliquo ſub iugo legis
eſſe hec Criſo· Ex quo patet qꝫ etiaꝫ malis
platis et doctoribus bona docētib9 ē honor
obedientie exhibendus niſi in his que manifeſte
ſunt contra deum et ſunt habendi ī reuerēcia
q̄ diu tolerantur in officio ſuo quod patet per
exemplum dauid qui venerabatur ſaulem li=
cet ſciret eum eſſe malum et a deo reprobatū

cap^m xxiij

Et per hoc auditoribus tollitur cõuerſacio nõ
bene agendi Nã obediendo malis platis
et doctoribus deus in eis honoratur cuius
perſonã gerunt non enim ſua ſʒ que dei ſunt
dicunt ¶ Secundum vero opa eorum que
pter id quod oportet nequiter faciunt nolite
facere quia non ſunt imitandi in malis ſʒ
tm̃ in bonis Vbi Criſo · Si bene vixerint eo-
rum eſt lucrum ſi bene docuerint vrm̃ Acci-
pite ergo quod vrm̃ eſt et nolite diſcutere
quod alienũ eſt hec Criſo · Dicunt eñ et
non faciunt quia uita doctrine non ocordat
Docebant eñ bene viuere ſecundum legis
pcepta et ipi puaricatiõ legis male viue-
bant Contra quos dicit aug^r · Bene docere
et male viuere non eſt aliud qȝ ſe ſua lingua
dampnare De talibus enim qui dicunt et non
faciunt pt̃ dici illud gen̄ · Vox quidem vox
iacob manus aut̃ manus eſau Vbi Criſo ·
Maxime accuſatione dignus eſt qui doctrine
auctõm habens legem tranſgreditur Primo
quidem quia puaricatur qui alios corrigere
debet Scḋm quia peccans maiori pena dign^s
eſt ppter honorem Tercio quia plus corrumpit
velut in ordine doctoris peccans ¶ Alligant
aut̃ onera ſʒ ſuarum tradicionũ et legis ut
ſi ſit faſcis importabilis Unde ſubdit g̃uia
g̃uium ad affẽm et importabilia g̃ui ad effẽm
et imponunt in humeros hoim̃ non in ſuos
per coactoẽ obſeruancie pceptorum quia
ſupra legis precepta conſtituerant ex ſuis
tradicionibus multa que erant ſubditis g̃-
uia et importabilia digito aut̃ ſuo i · leui
motu vel tactu nolunt ea moue̾ et tange̾
Et̾e qualiter eorum ꝺprehenſione aggrauat
non enim dicit non poſſunt ſʒ nolunt nec
dicit pleno opere et manu ſʒ digito et modico
tactu nec dicit portare ſʒ mouere · i · nec ꝑpe
fieri nec tangere qui modicum conatum
ad agendum talia nolebant appone̾ et nec
minora eorum que ipi pcipiebant volebant
opera adimplere ¶ Vbi Criſo · Secundi

conſequenciã aut̃ tales ſunt eciã ſacerdotes
qui omnem iuſticiã populo mandant et
ipi nec modicã ſeruant videt non ut facien-
do ſint iuſti ſʒ ut dicendo appareant iuſti Ta-
les ſunt et qui graue pondus venientibus
ad pniã imponunt ipi aut̃ nec minimam
faciunt Et ſic dum pena pntis pnie fugit̃
contempnitur pena futuri iudicii Si eñ faſ-
cem ſuper humeros adoleſcentis quem non
pt̃ baiulare poſueris · neccẽ habet ut ꝯ · faſ-
cem reiciat aut ſub pondere confringatur
Sic et homini cui graue pondus pnie impois
neccẽ eſt ut aut pniã tuã reiciat aut ſuſci-
piens dum ferre non pt̃ ſcandalizetur et
amplius peccet Deinde et ſi erramus modi-
cã pniã imponentes nonne melius eſt ꝑpt̃
miãm dare racõẽ qȝ ppter crudelitatem ubi pr̃
familias largus eſt diſpenſator non debet
eſſe tenax miniſter Si deus benignus ut qȝ
ſacerdos eſt auſterus vis apparere ſanctus
Circa tuã vitã eſto auſterus circa alioȝ
aut̃ benignus Audiant te homines parua
mandantem et videant grandia facientem
Talis eſt ſacerdos qui ſibi indulget et alios
exigit quemadmodum malus deſcriptor tribu-
ti in ciuitate qui ſe releuat et onerat impo-
tentes Et iterum in quo duplicem eorũ ma-
liciã oſtendit vnã quidem in hoc qꝫ ſiue ue-
nia expetunt a ſubiectis ſummã diligenciã
uite aliã vero in hoc qꝫ ſibi ipis multã co-
cedunt licenciã Oportet aut̃ bonũ princi-
pem econtrario ſe habere in hiis quidem
que ſcḋm ſeipm ſunt graue iudice eſſe in
ſubiectis autem manſuetum hec Criſoſt^s
Imponendo ergo modicã pniã melius eſt
animas mittere in purgatoriũ qȝ in infernũ
ſʒ tamen in quibus tenentur ſaltem eſt
eis innoteſcendum igitur ut ait Ieronim^s
hoc generaliter dicitur aduerſus omes ma-
giſtros qui grandia iubent et minora nõ
faciunt ¶ Hec eſt autem quedã cauſa
non modica que hodie mouet ſubditos

contra maiores et prelatos quia dicunt
et non faciunt imponunt onera aliis et
digito non tangunt. Parum talia verba
apud subditos proficiunt qui in eis no vint
que docent et sapiunt. Quicumque ergo
promotum animabus utilis esse desiderat
studeat prius in se hec que aliis docturus
est alioquin parum proficiet. Nam eius
verbum inefficax erit nisi prius homines
in eo comperiant esse ea que docet. Ex
premissis patet quod ille qui legem aliquam
constituit licet non sit subditus legi quantum
ad hoc quod per hominem puniatur si contrarium
fecerit tamen obligatus est ad legem implen-
dam et gravius punietur a deo si fecerit con-
trarium quia transgressio eius est gravior
propter scandalum propter quod dicit sapiens patere
legem quam ipse tuleris et ut alibi dicitur
quod quisquis iuris in altero statuit ipse eodem
uti debet. Patet ergo ex predictis quod illi qui
statuta edunt in generali seu aliquem statum eius
in speciali et subditos onerant gravibus
statutis sine magna et evidenti necessitate abu-
tuntur sua potestate sicut faciebant pharisei et
et scribe. Prelatorum enim tot sunt in humane
sine et mandata legum vetita quod vix possit
aliquis transire per huius mundi umbram
qui incidat in peccatum et offensam. Unde ait aug.
loquens de religione christiana in parte religionem
nostram quam dominus noster ihesus christus in paucissimis
sacramentorum celebrationibus voluit esse liberam
quidam servilibus premunt oneribus a deo ut
tollerabilior sit conditio iudeorum qui non
humanis presumptionibus sed divinis subiciuntur
institutis. Deinde secundum Criso. postquam dominus argu-
erat scribas et phariseos crudelitatis et ne-
gligentie consequenter arguit eos inanis glo-
rie que fecit eos a deo recedere et propter quam
non potuit christo credere. Unde subdit. Omnia vero
opera sua faciunt ea scilicet intentione et eo fine
ut videantur ab hominibus et sic habeant glo-

riam inter homines i. propter gloriam humanam
quia videri in bonis propter gloriam divinam
non est malum sed magis meritorium. Nos autem
potest credere christo celestia predicanti qui gloriam
terrenam querit et eam celestibus preponit. Non
solum ergo desides et remissi erant ad bene
operandum sed etiam vane glorie et in suis ope-
ribus laudem appetentes hominum ut essent in
reverenciam et honore apud populum. Tales autem
nullam mercedem de operibus suis recipiunt
quia non student ut deus glorificetur sed ut
ipsi in hiis que agunt laudentur et remune-
rentur. Et ideo non solum nullam mercedem
sed etiam penam recipiunt quia de bono malum
faciunt. Unde Criso. Quemadmodum vermis de
ligno nascitur et lignum a verme consumitur et
tinea de veste a qua corroditur sic dyabolus
insidiatur et occasionem querit ut qui cogere
hominem ad malum non potest studeat ut ex bo-
nis operibus malum inanis glorie nascatur
et quod bonum erat ex inani gloria sit malum.
Igitur ut ait Jero. quicumque ita facit opus ut
videatur ab hominibus scriba est et phariseus.
Deinde quod dominus generaliter dixerat scilicet opera
sua faciunt ut videantur consequenter in partes
dividit dicens. Dilatant enim philateria sua
et magnificant fimbrias et volunt ambu-
lare in stolis. Circa hec secundum Jero. est sciendum
quod dominus cum dedisset mandata legis per
moysen ad extremum intulit dicens liga-
bis ea in manu tua ut opere compleantur
et sint ante oculos tuos ut die ac nocte me-
diteris in eis quia spiritualiter manus est in-
telligenda operatio et oculi iugis meditatio.
Hec pharisei male interpretantes scribe-
bant in membranis et cartis decalogum
moysi i. decem legis verba sive precepta con-
plicantes quod ea et quasi coronam capiti facientes
ligabant in fronte ut semper ante oculos
moverentur. Et similiter in sinistro brac-
hio circumligabant ut semper in manu ha-

berent et dilatabant has membranas i· eas latiores faciebant et decalogum in eis de gſſiori lra ſcribebant ¶ Et hec omnia faciebāt in ſignum ꝛligionis ut per hec ꝛligioſi apparerent ac recordatores et obſuatores decalogi ab hominibus viderentur ¶ Et he carte dicebant̄ philacteria a philaxe quod eſt ſuare et thora quod eſt lex qſi cōſuatoria legis quia erant quedaꝫ ſigna ſuande legis eo ꝙ quicumqꝫ ea habuiſſent qſi ob cuſtodiaꝫ et munimentum ſui haberent ¶ Juſſerat etiaꝫ moyſes ut in quatuor angulis palliorum iuxta pedes facerent fimbrias iacincthinas ad pplm iſrabeliticum diſcernendum a ceteris pplis in habitu exteriori ſicut erant ꝛligione diſtreti et ponerent in eis vittas iacincthinas que etiaꝫ cum filis iacincthinis apponebant ut videntes eas ꝛcordarent̄ mandatorum celeſtium ac vana et inutilia non cogitarent ¶ Sunt igitur fimbrie legis mandata vitte vero iacincthine ſancte cogitationes que ſi ſimul iuncte fuerint ab omni vanitate oculos auertunt a tota mente ad celeſtia dirigūt videntes em iacinctū celi recordamur quia vnius coloris ſunt celum et iacinctus ¶ Iſtius modi erat fimbria breuis et parua ex lege precepta quaꝫ mlier ſanguine fluens tetigit in pallio dnī dnīm et ſtatim eſt ſanata ¶ Per huiuſmoi etiaꝫ fimbriaꝫ creditur ſamaritana cognouiſſe de domino ꝙ iudeꝰ eſſet ¶ Superſticioſi vero magiſtri gloriaꝫ ab hoībꝰ captantes et lucra ſectantes ad oſtentacoꝫ maiores fimbrias aliis in palliis ſuis faciebant et acutiſſimas in eis ſpinās ligabant ut videlicet eundo vel ſedendo eis pungerent̄ et qſi ſic cōmōita memores mandatorum et beneficiorum dei eſſent et hac cōmonicōe ad officia dei et ad miſteria ſeruitutis eius traherentur· non intelligentibus eis ꝙ hec in corde portanda ſunt non in corpore alioquin et armaria et arche libros habent et dei notitiaꝫ non habent ¶ Pro tanto autē hec faciebāt quia ab hominibus videri et opinione ſanctitatis ab eis honorari ac lucra habere cupiebant ¶ Et volebant in ſtolis ambulaꝛe i· clarioribus veſtimentis ad publicum procedere ut per hec honorabiliores viderent̄ et magis venerarent̄ quod in diuite ꝛprehendit̄ qui biſſo et purpura induebatur ¶ Stole erant tamen ſic linee longe quibus ſcribe utebantur et ſanctiores apparerent et dicebant̄ ſtole a ſtolon quod eſt longum quia uſqꝫ ad pedes deſcendebāt ¶ Hee ſtole ad huc hodie multas ſimulaciones et ypocriſes faciunt ac pleroſqꝫ in cautos decipiunt ¶ Amabant eciā primos recubitus et ſedes in cenis et conuiuiis et hoc duplici de cauſa ſcꝫ racione gule quia ibi pº ſeruitur et fercula meliora ponunt̄ et racione ſuperbie ut ſic in loco honorabiliori poſiti principaliores et maiores domini viderent̄ ac primas et digniores cathedras in ſinagogis et congregationibus ubi conueniebant homines ad audiendum verbum dei et primas ſalutaciones in foro et loco patenti primas quidem tpre ac factas alta voce et inclinato capite et vocari ab hoībus rabi i· magiſter ut dicit ¶ Criſo· vocari volunt non eſſe nomē appetunt et officiū negligunt ¶ Et notandū ꝙ triplicit̄ cōueniunt homines vel ad tractāda carnalia ſicut in cenis vel ſpūalia ſicut in ſinagogis vel tpalia ſicut in foro et ubiqꝫ volebant principatum habere et gloriaꝫ in publico querebant ſibi exhiberi ¶ Sunt ergo quatuor genera in hac ſerie que ꝛprehenduntur in magiſtris et prelatis in qbꝰ non ſunt imitandi ¶ Primum eſt defectus bone operationis quia dicunt et non faciunt ſcꝫm auſteritas placionis quia onera grauia aliis non ſibi imponunt ¶ Tercium oſtentacio ſingularis actionis quia omnia opera ſua faciunt ut videantur ab hominibus ¶ Quartum affectus ambicionis et laudis quia amat primos recubitus et primas cathedras et ſalutaciones ¶ Et nō ſcꝫm bedaꝫ ꝙ dominus nō

arguit et increpat eos quibus hec ex officii ordine competunt et sunt sed illos qui hec habita sive non habita indebite amant et appetunt cum videlicet non gaudium redarguens et ad voluntatem non secundum increpatorem exercens Sume tu enim loco se humiliat qui corde se effert et exaltat unde non prohibet magistros primos sedere nec doctores super cathedram nec salutaciones in foro nec nomina magistri vel patris sed ambicionem et vanam gloriam ne quis hec appetat vel glorietur in eis Sicut aut ut dicit Crisostomus diligere talia est maiestatis quod malum est studere ut hiis aliquis vocatur Ut enim ait beda ne miseris illis ad quos phariseorum vicia transierunt qui per breve curriculum vite sue que peccata plangere debuerant pro honoratu certare non metuunt Et sciendum secundum eundem quod dupliciter racione a vane glorie cupidis attendere iubemur ne scilicet eorum vel simulacione seducamur estimantes bona esse que faciunt vel emulacione ad imitandum inflamemur frustra gaudentes in bonis laudari que simulant ¶ Deinde revocat discipulos ab hac superbia et ambicione dicens Vos autem nolite i. non velitis et affectetis vocari rabbi nec vocemini i. nec appetatis vocari magister propter inanis glorie ambicionem et patrem nolite vocare vobis super terram propter adulacionem non honorem vel nomen magistri aut patris inhibet sed ne quis indebitum vel indebite sibi usurpet vel alteri attribuat Unus est enim magister et pater principalis omnium singulariter et per excellenciam qui est in celis cum est circa de omnibus licet aliquis possit vocari pater vel magister in terra racione generacionis doctrine vel etatis tamen solus deus nature auctor est pater et magister principalis quia ab eo habemus quod sumus et scimus ubi Crisostomus Vos autem nolite vocari rabbi ne quod deo debetur vobis presumatis Nolite et alios

vocari rabbi ne divinum nomen hominibus deferatis Unus est enim magister omnium qui omnes homines naturaliter docet Et patrem nolite vobis super terram quia non estis filii terrenum Ex eo enim celestem te professus es habere patrem ex quo patrem tibi vocasti de celo dicens pater noster qui es in celis Ex quo celestem te professus es patrem vocando deum turpe est ut iterum te profitearis terrenum patrem vocando super terram Et iterum Ne vocetis patrem in terra non ut de honores eos qui genuerunt sed ut omnibus illis preponens eum qui fecit te et instruxit te inter suos filios hec Crisostomus Omnes aut vos fratres estis quia filii dei per creacionem et gracie adopcione ad unam vocati hereditatem scilicet ad regnum celorum Secundum Jeronimum omnes christiani fratres vocantur spiritualiter et omnes homines ex uno patre deo nati sunt ¶ Non solum aut divinatus cupere prohibet sed ad contrarium auditorem inducit unde ut in amore humilitatis discipulos ducat ostendens formam humilitatis subiungit Qui maior est vestrum vel merito sanctitatis vel officio dignitatis erit et sit minister vester et alios preveniat obsequendo non superbe dominando paratus ad officia humilitatis secundum decenciam sui status unde et papa vocat se servum servorum dei Bene agentibus per humilitatem sit socius contra delinquentes zelo iusticie sit erectus Qui aut se exaltaverit in presenti per elacionem et arrogantiam humiliabitur in futuro per dampnacionem et penam et qui humiliavit se in presenti non inequiter sed veraciter exaltabitur in futura gloria mirabiliter Et notandum quod propter triplicem gradum humilitatis hoc verbum ter ponitur in ewangelio scilicet supra ubi monet ut invitati recumbant in novissimo loco et iterum de phariseo et publicano orantibus in templo et tercio in hoc loco Est enim complex humilitas scilicet cordis operis et oris quam

tria mittunt et custodiunt personam assi-
duitas subiectionis quam non habuit luci-
fer secundam consideratio proprie fragilitatis qua
non habuit adam tertiam benignitas oratoris
quam non habebit antixpus **Oratio**

Domine ihu xpe pie aufer a
me defectum operationis bone ut me-
rear bona non solum docere et dicere sed
facere et operibus adimplere remove a me
austeritatem et crudelitatem ne gravia
iubendo et minora non faciendo me ele-
vare videar et alios onerare exclude a me
gloriam manem et ostentationem ne opera mea
ut ab hominibus videar faciam et gloriam hu-
manam in eis non queram elonga etiam a me
ambitionis et laudis affectum ne prima loca et
salutationis a me vel magistri nomen ut
me humilias in hoc seculo merear a te ex-
altari in futuro amen **Quibus debe-
re eternum xxxiii capitulum**

Post hec dominus qui legi
et preceptis evangelicis
obedientibus dat benedic-
tiones ipsis scribis et pha-
riseis inobedientibus co-
minatur ve maledictionis et in omnibus
effectibus ypocrisis ipsorum hanc dictionem
ve ponit que maledictionem significat
hec quippe in scriptura sacra notat etiam
dampnationem et gehenne supplicium secundum heu
huius seculi peregrinationem et presens exilium
unde secundum **O**rigenem sicut in veteri lege ponun-
tur benedictiones observantibus legem et
maledictiones transgredientibus eam ita
in evangelio ponuntur beatitudines prospe-
ctu iustorum ut habitum est supra in sermone
domini in monte et hic econtrario ponuntur
maledictiones contra ypocritas falso iusti-
ciam simulantes **E**t ponit octo ve iuxta
octo in quibus ipsorum ypocrisis et fictio

patet ad ostendendum que in eis caveda
esse docet **I**n primo redarguit eos de super-
bia et avaricia quia regnum celorum
claudebant ante homines et nec ipsi in-
trabant nec intrare sinebant volentes un-
de dicit ve i. eterna dampnatio vobis imminet
scribe qui putatis vos peritos in lege et pha-
risei qui dicitis vos prelatos in sanctitate ypo-
crite simulantes quod non estis qui clauditis
regnum celorum ante homines i. quod verbis
pravis expositionibus veritatem abscondi-
tis scripturarum vel malo exemplo alios
scandalizatis vos autem non intratis quia in-
telligere et credere non vultis nec introire
volentes i. credere cupientes sinitis intrare
primo faciatis errare **D**uplex enim impeditur
ingressus alicuius in domum uno modo quando
clavis tollitur alio modo quando obstaculum po-
nitur **E**spiritualiter autem secundum **C**risostomum regnum celo-
rum sunt sacre scripture quia in eis regnum
celorum est insertum **I**ste ergo hic claudit
regnum alteri qui clavem portat et non aperit
scilicet qui habet scientiam et docere contempnit
vel negligit **I**ste vero obstaculum ponit
qui per malum exemplum alios impedit
ne intrent vel intrare velint **C**laudebant ..
scribe et pharisei per scripturas cognoscerent
et scirent xpi adventum tamen ipsi consi-
derabant quod si xpc creditus fuisset consuetudo
sacrificiorum et oblationum cessaret et
sic ipsi oblationibus sacrificiorum fraudare-
tur et ideo prava expositione et perversa in-
terpretatione ante conspectum populi claudebant
ianuam legis et prophetarum qui de adventu
xpi manifestissime locuti fuerant ut a fide
xpi homines retraherent **Q**ualis enim operibus
et exemplis simplices a fide avertebant et
sic eos scandalizantes regnum celorum ante
illos claudebant **P**rimo quidem ipsi cognitionem
de xpo habuerunt sed postea per invidiam